


中央貴

Hobbes I

119

40696084



1 2 3 4 5 6 7 8 9 20 1 2 3 4 5 6 7 8 9 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 40

名古屋大学附属図書館所蔵 Hobbes I 40696084  
Nagoya University Library Hobbes I 40696084



6 7 8 9 20 1 2 3 4 5 6 7 8 9 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 40



112.14

名古屋大学図書  
洋 696084

IO. GOTTL. HEINECCI

I C T I

CONSIL. AVLAE REGIAE PRVSS. ET IN ILL.  
VIADRINA PAND. ET PHIL. RAT. ET MOR.  
PROF. P. ORD.

ELEMENTA  
**PHILOSOPHIÆ**  
RATIONALIS

ET  
**MORALIS**

EX PRINCIPIS  
ADMODVM EVIDENTIBVS  
IVSTO ORDINE ADORNATA.

ACCESSIONE

**HISTORIA PHILOSOPHICA**

ET

INDEX LOCUPLETISSIMVS.

*Editio noua & emendatior.*



AM STE L O D A M I,

Apud J ANSSONIO - WAESBERGIO.

CD L CC XXX.

DE GOTT. HENRICI

PHILOSOPHIE  
MORALIS

ET POLITICAE

LIBERALIA  
PHILOSOPHIA  
MORALIS

ET POLITICAE

LIBERALIA  
PHILOSOPHIA  
MORALIS

## LECTORI CANDIDO

S. P.



Vamus & ab adolescentia disciplinis illis, que partem homini praefantissimam perficiunt, veramque rerum diuinarum ac humanaarum notitiam ex ipso recta ratione deriantur, magnopere me delectari meminerim, & poeta ita Deo vixi fuerit, vt publicum earum tradendarum munus in illustri Fredericiana mihi longe clementissime demandaretur: non tamen praefigiunt vnguam animus, fore, vt post tot eximios philosophos aliquid huius generis in lucem emitterem, aut compendorium, quorum ipsa fere copia inopes redimur, numerum a me amplificandum exilimarem. Cum aliae enim rationes, tum vel maxime ea de re cogitate me vetuit partim juris docendi dicundique perpetuus labor, qui extremis annis, dum Hale vixi, me sibi totum vindicavit, partim munus Antecelloris, in illustri Francoperiorum ab illusterrimis Frisiae Ordinibus mihi praeter omnem spem atque expectationem conditionibus fatis splendidis liberaliter decretum, in quo de priis illis amoris meis, id est, de philosophia, paulo minus, quam antehac, sollicitus, tempus fere omne, quod a publicis priuatisque lectionibus vacuum habui illustrandas iurisprudentiae, variisque libellis iuridicis scribendis conferau. Quin ut fatear, quod res est, nunquam fortassis me ad pristina illa philosophiae studia ita totum retrulism, ut alii viam, qua ad sapientiam itur, docendo scribendoque monstrare constituerem, si mea res actae essent arbitrio. Noueram sane, quam

\* 3

peri-

## 6 P R A E F A T I O .

periculorum hoc saeculo sit, vacare philosophiae, & quid rectae rationi conueniat repugnaret, libero a praejudicatis opinioibus animo intelligare. Non ignorabam, quantis plerumque odii, quot contumiciis, quin & stricis infidis non nunquam, res geratur, vbi quis ab alterius opinione suam leuitat tententiam. Denique ipsa me docuerat experientia, si in vlo disciplinarum genere, in philosophiae sane studio, vbi minime oportebat, quam maxime regnare auctoritatis humanas praejudicium, & studiolam iuuentutis magis plerumque, qua itur, quam, qua eundem effire. Habent fere scuola singula certam philosophandi methodum, que aliquando folia publici saporis esse solent, adolescentibus tantisper ad palatum effit, dum alius quidam philosophus non sine firepitu in scenam prodeat. Puit, quando homines furste scholastico patebantur, fibique videbantur in coelo veris, si de hacceitatibus, quidditatibus, futuritionibus, individuationibus, & mille nigris metaphysicis, multa, nec sibi nec aliis intellexit, profere, syllogismos in qualibet figura & modo tornare, cosdem ad primam reducere, regulas ex locorum dialecticorum armario depromptas, tanquam tela, vibrare, sophismatibus puerilibus etiam in re feria ludere, ludentesque his crepusulis formaliter in rubore dare didicissent. Puit, quando euilescere haec facta, & sapientia studioli rebus aliis, puta, illi primi, secundi, tertii elementi particulis, illis coeli vorticibus, impresa illa mentibus mortalium entis perfectissimi idea, solibus denique in planetas degenerantibus, & mechanicis rebus omnibus causis vnicse delectari, & haec similiaque adeo pro Sibyllae foliis habere

## P R A E F A T I O . 7

bere cooperunt, vt non philosophus, sed rerum omnium ignarus, videbatur, qui mentem in glandula pineal delitescere, Cartesijunque solum sapere, negare auctus effit. Mirabatur tum orbis litterarius, se ex Aristotelico tam cito factum esse Cartesianum: fed multo magis paulo post mirabatur, quum alibi philosophiam corporcularem & atomisticam, alibi nonum genus philosophandi ex Kabbala, scholae Pythagoricae & Platonismi principis confatum, inualecchia animaduerteret. Quo obcurior, magisque a sensu communis remota erat haec philosophia, quo plura, eaque horribili mysteria promittere videbatur: eo magis aliquando placebat ingenii notaurientibus, donec ali occuparent cathedras, qui vel in nullius verba magistris iurantes genus philosophandi intercesserint commendarent, vel iuvenes a puluere & radio excitatos ad profundiora metaphysicam & philosophiam mathematicam renocarent, & non nisi sublimiores ita speculations, quas Leibnitio, Newtonio, aliquis magnis ingenii debemus, philosophatum nomine dignas arbitrarentur. Ita semper evenerit philosophiae, scientiarum pulcherrimae, quod solet formae vestimentorum, quae singuli non dicant facie, sed luftris immutatur. Quemadmodum enim iam longiores tunicas placent, iam breviores: modo anguitiores manicae, mox prolixiores oculis blandiuntur, nihil vt nobis magis ridiculum videatur effigie, hominem pro superiora facili genio quam splendissime vestitum oculis nostris subiectente: ita & philosophia alio tempore alia ad palatum est, vt viro, philosophorum recentissimorum imbuto principiis, non minus ridiculae videntur veterum meditationes,

\* 4

quam

S P R A E F A T I O .

quam nobis maiorum nostrorum habitus viderit. Et erit tamen, nisi fallimur, tempus quando & horum luminibus officient alii, non multo post ~~mitia~~ ~~mitia~~ ~~Carceras~~ in hoc theatrum produturi. Rerum enim omnium, heus, quaevisitudo est, nec ita profecto se habent studia mortalium, vt vna eademque res diu admodum placere posuit. Quod adolescentes ex praceptorre me audire memini, veterani philosophis idem plerunque fatum incumbere, quod fortibus, nouiformis velutinorum formae ignaris: id verum esse plerique cum taedio ac dolore experti sunt. Hace itaque omnia que laetus mecum, adhibita in confilium ratione, agitauit, LECTOR CANDIDE, eo beatiores semper illos credidi, qui alio honesta vitae genere delecto, Deo reiisque publicae seruient, & naufragia illa ex lixore speculantib; sibi, non aliis, philosophantur. Ac proinde ex eo tempore, quo docere jurisprudentiam, & negotiorum iustid de iure respondendi munus pro virili studi ornare, can mihi ipse legem dixeram, vt mihi philosopharer, nec tam aliorum, quam meis viis, meditationes meas delinquare, tantoque magis hoc instituto meo me delectatum fatus, quanto iucundius erat, extra horrora illa, nullosque triumphos habitura, philosophorum bella, ac veluti extra teli iactum positum, solida tamen, quae ex patientiae studio percipitur, voluptate quotidie perfici.

Enimvero philosophantem ita, & secum habitantem in cathedram philosophicam me iterum retraxit rerum omnium arbitrus, Deus, voluitque, vt quemadmodum olim Halae; ita iam in hac illufria

Via-

P R A E F A T I O . 9

Viadrina, hanc disciplinas vna cum jurisprudentia tradarem, & eas quidem potissimum, quae intellectum ad inestigandam diadicandamque veritatem, voluntatem ad virtutem atque honestatem initiuunt, & quas omnium primas ac praeccipias olim iudicabat Socrates, dum & differendo homines ad comprehendendam veritatem perducere conabantur, & philosophiam ipsam, a monitis & ociosis speculationibus perpurgatam, deuocabat & coelo, collocabat in vibribus, & in domos etiam introducebat, iubebatque de bonis & malis, iustis iniustisque, querere. Quamuis autem hic euocatus necno qua futuri praefensione ominarer, non aequi omnibus gratam fore hanc munieris vtriusque coniunctionem, idque augurium me non per omnia felicitate videatur: diuinae tamen voluntati parere nihilominus decreui, nec animum, inuidiam veritus, despundi, fed nouam mihi hanc palaestram fore statui, in qua, quantum in philosophia praecorserim, quantum inuidia & bile flaucentium hominum voculas contempnere, ferociissimum quemque humanitatem, modestiam, officia, emolire, amicos veros fide atque obsequio retinere, morsueque pro virili omnibus probare bona fide didicerim, periculum fieri oportet. Hinc diuinu fructus auxilio, quod mihi a tot annis nunquam defuit, praeselections meas, non iuridicas tantum, fed & philosophicas, non sine quadam fiducia auspiciatas, luculentiter intellexi, me ipse mea non esse deceptum. Vidi enim, quod praefitioni dixerim, erectoris indolis iuuenes, qui antea philosophiam tamquam infructuolum & inamoenum studium adspersabantur, ceteratum ad has acrofaes confluente & iam perentifere paullatum, quam praec-

\* 5

clarum

## P R A E F A T I O .

clarum sit, rectam rationem perficere, & in inuestiganda diuidicandaque veritate exercere ingenium. Ne autem studiofae iuuentutis utilitati vila in re deesse videberet, effentreque, quae in praelectionibus meis ob oculos haberent: ELEMENTA hacc PHILOSOPHIAE RATIONALIS & MORALIS typis exscribi passus sum, in quibus, quid praefitterim, paucis, si operam dederis, monobus.

In philosophia RATIONALI, seu Logica, id egi, vt praecepta omnia ad finem, quem in inuenienda, diuidicanda, communicanda cum aliis veritate confutare, omnes omnino fatentur, vince referem. Itaque non solam artem iylologicam, non solam disserendi dilapidantique facultatem, ad quam tuncque libelli Logicorum comparati sunt, mihi tradendam credidi, sed praecepit, quo ordine, quaque methodo progredendum sit omnibus, qui veritatem reperi, camque a fallo discernere cupiunt, perspicie montrant. Hinc, explicatis intellectus operationibus, perutilem de ictis doctrinam accurate exposui, ostendique, quomodo quilibet, comparatis sibi claris, difinitis atque adaequatis ictis, definitiones ac divisiones rite formare, ex earum comparatione varias propositiones, axiomata, postulata, theorematata, problemata, corollaria elicere, ratiocinationes sine erroris periculo necesse, experiendo denique, meditando, legendis, disputando, docendoque veritatem tum reperi, tum cum aliis communicare quam facilime posset. Non displicebunt, ut opinor, que de his omnibus, nec non de veritatis certae ac probabilis dicrimine, de variis verisimilitudinis gradibus, de ordine in meditatione, lectione librorum,

## P R A E F A T I O .

rum, & disputationibus obseruando, de interpretatione porro, aliisque capitibus scitu necessariis, non minus, quam iucundis, profitim differui. Quos aliquando duces sequuntur fini, (neque enim me puduit, ab aliis bene amaduera in systema meum recipere,) ingenuo fatus sum in scholis, quae paragraphis plenisque subiunxi. In istem praecepta ipsa non paucis, iisque perspicuis, & petritis ex viuentera philosophia exemplis illustrauit. Quid enim absurdius aut taediosius est, quam perpetuo ingeminare illa vulgaria: Petrus currit, Homo est animal & similia, sine quibus haec facta fibi non constare, exiliarunt veteres?

In PHILOSOPHIA MORALI mentis humanae natum, hominum mores ac virtus, horumque signa & characteres, naturam item boni, tum generatim, tum in specie summi illius ac praefrantim, cuius in possessione vera posita est felicitas, itemque eius effectus, in quibus virtus & tranquillitas animi eminent, denique cognitionem sui ipsius, & reliqua, quae recta ratio commonitat, media, ad veram beatitudinem adipirandi, ita explicauimus, vt, quod quidem hanc disciplinam pulcherrimam imbibitudo necessarium sit, nihil omnino praetermississe nobis videamus. Fatemur, nobis doctrinas plures communis esse cum aliis, imprimitis etiam cum theologo venerabili, IO. FRANC. BVDEO, cuius olim philosophica praecepta Halae vice plus simpliciter interpretari fumus. Neque tamen illius seruia explauimus, & pleraque eius generis praecepta vel ex principiis nostris sua sponte flunt, vel plane aliis superstruuntur fundamentis. Huius modi voces non est, quod

quod huius vel illius esse iudicem: publicae sunt. Quod fieri in senatu solet, facundum ego in philosophia quoque exstimo, quam confit aliquis, quod ex parte mihi placat, itabo illum dividere intentiam, & sequor, inquit Seneca Epist. XXI. Ex quibus principiis singularis conclusiones haferim, latim sis incurrit in oculos, quos citatos in parentibus paragraphos evolutore haut pugurit. Operam enim in virtute disciplina dedimus, vt doctrinas, quod eius fieri possit, accurate inter se connetteremus. In scholis saepo demonstrationem propositiōnēm viceriem; aliquando explicationem carum perpicuum; non raro etiam veterum ac recentiorum testimoniam reperies. Nolim vero exstimes, ideo me haec ex aduerariis hoc transtulisse, quisi illa aliquid probare credam, (obserabis enim, nisi me animus fallit, me alia plane demonstrandi ratione vnum,) sed adieci haec, vt doctrinas nostras ne veteribus quidem, nec tam rationem sequitis, ignotas suffise intelligeres. Veritas tantum vna est, caue hominem, qui rectam rationem in consilium adhibet, non magis potest fugere, quam foliis splendor oculum bene affectum. Quemadmodum itaque animalia quedam oculis conniventibus, alia apertis, incomparabile illud orbis lumen intuentur, & omn'a tamen, modo cœcitate non laborent; aut intr' terrae vifera delitefacient, solem vident: ita qui illum mentis aciem, quam rationem adpellamus, vnuquam intenderunt, in fane veritatem perspexisse videntur, quamvis alii cam veluti per nebula, alii multo accuratius viderint. Quam iucundum vero est, videre illum conſenſum in doctrinis plerisque, & iis quidem quam maxime sublimibus?

bus? Quam ad excitandum virtutis studium vtile, audire philosophos, quantumlibet verae Dei cognitio- nis ignorans, tam multa p̄i ac sapienter de virtute aliisque rebus moralibus differentes? Quam praeclarum denique, horum dictorum elegantiam atque acumen expendere? Accedit, quod hac mundi ſcienceſtis ac paene desipientis aetate plerique eo philofophandi genere delectantur quod aliquid prolati, vel latini οὐρανὸς τι fapit, & quale vel Spinozam & Tolandum, vel Hobbesium, Baſiliūm, ac illos præcipue, quos nouorum vocabulorum architecti ſpiriti foris falunt, excoluſiſe conſat. Si quis ergo hodie feliſ ab his ſeingit, si philofophiam ſobriam, & cum Dei, entis perfectissimi, cognitione coniunctam, ſeſtatur: non defuit omnino, qui vel nimis, vti aiunt, theologica, vel vulgaria, vel plus iusto ad pietatem, quae tun prauis ingenii pro ſuperflitione eft, compoſita illius præcepta clament. At opinione sua illos falli, non melius contabit, quam si talis ab ipſis pagani, duce recta ratione, agnita eſſe offendierimus. Id igitur volūtum praelare, vbiicumque eiusmodi doctrinas proponi animaduertimus, quae profanis ingenii theologica magis, quam philofophica, ſolent videri. Quemadmodum vero incedunt pariter ac vtile putauimus, harmoniam doctrinarum noſtrarum cum aliorum philofophorum placitis offendit: ita non minus nos delectatos fatemur, quoties ex principio noſtri eiusmodi doctrinias fluere vidimus, quae concordiam rationis & reuelationis, quam Euſebius in Praeparatione Euangelica, Clemens Alexandrinus in Stromatibus, Dan. Huetius in Quæſtionibus Aluetanis, aliique viii do-

& tū iūfis voluminibus offendere annīs sunt, evidēter demonstrantur. Quid enim religione nostrae hominifcentius, quid ad agnoscendām scripturarum diuinitatē magis idoneum est, quam quod in tanta mysteriorū & doctrinarū sublimitate nullam doctrinā moralē, recte ratione aduerterā, inculcet, nihilque praecepit, quod non & ipsa ratio fundatū, honestū, Deoque agnōcā dignissimum? Et hinc est, quod in iisdem scholis & scripturæ facræ testimoniis, quae doctrinæ meis suffragantur, addidi, eum tamē adhibens modum, vt non temere notarem, quae iam tum fatis nota, sequi sponte omnibus quam facilime oblatura videbantur.

Tamen si autem id praecepit consilium cepissim, vt philosophae rationalis ac moralis prima elementa adorarentur: præmittandam tamen putauit epitomen Historiarum PHILOSOPHICARUM breuiissimam, quia illius plane ignoras esse non debere censeo, qui philosophia se dare confundentur. Et qui fieri quoque posset, vt quis methodo philosophandi eclectica rete utatur, qui, quid a philosophis inuentum praeceperimus sit, profus ignorat? Et quo pacto is doctrinas philosophorum cum recte rationis principiis contendet, qui, quid illi statuerint, & cur eas sententias adoptarint, scit iuxta cum ignarissimus? Ut iam non dicam, quam admirabilis virtus ex huius historiae intelligentia cum ad alias disciplinas, tum ad iurisprudentiam, quae ex Stoicorum principiis pacne tota confitata est, redundet? Quantumvis autem in adoranda hac historia breuitati studuerim: non tamen reliqui quidquam putavi faciendum, vt, quae in ea tradidi, omnia ex genuinis fontibus probarem, ipsos-

ipsosque auctorum libros eorumque capita diligenter adscriberem. Ceterum IN DEX, quem opūculo subiunctum vides, doctrinas, quas tradidimus, omnes, earumque sedēm facile tibi indicabit. Eius confidendi curam in se suscepit amicus quidam confutissimus, quem omnē adhibuisse diligentiam, eo minus dubito, quo magis mihi comperta est illius industria.

Vnum addo, me, quamvis doctrinas, in hoc opūculo explicatas, non nisi matura praevia cogitatione animo conceperim, non tamen illi elaborandis tantum vel temporis, vel diligentiae, impendere potuisse, quantum vel optabam ego, vel res ipsa a me flagitabat. Quam enīm haec elementa prædictiōibus meis feruire vellem: contigit saepè numero, vt vis quacdam in schedulas concicerim, quām ea fibi statim submittenda esse virgerent operæ, ceu fieri solet in vita hac negotiosa, quam in Academis vivimus. Elegantiora itaque atque vberiora omnia haberes, si limam adhibere & singula femeū iterumque expolire licuisset. Sed id quidem mihi iam non licuit per temporis angustiam, moleisque occupatiōnem, quas haec serbenti quotidie incubuit. Si quid igitur accuratius dicendum fuisse iudicaueris: facile me tibi aduentientem habebis, at ages tamen, quod aequitate tua erit dignissimum, si in opūculo pacne extemporario non omnia ad vitum referaris. Non haec scripsi, vt illi mortalium infernum iniuriam. Neminem, quod quidem sciam, momordi, nemini bellum indixi, cum nullo omnino viro docto contendi immodestius, etiam vbi me dissentire ipsa veritas coegerit. Quare nullam virtutis atque aequitatis rationem

rem habuisse videtur, quisquis mecum in arenam descendere, & de destris meis mecum dignadiari vellet. Si cui tantum oci fuerit, ut calamum stringat: at mihi non erit, vt respondeam iis, qui in multo laureolam querunt, aliorumque famam arrondendo sibi famam comparare stident. Non horum hominum iudicio flat cadiisque eximatio boni viri, nec multum gloriae sibi parare solent, qui maledicendo docent, se nec sentire bene, nec dicere dicisile. Tu vale, LECTOR CANDIDE, &c., si tibi hoc studium meum non plane displacebit, alteram quoque horum philosophematum partem, quae IUS NATVRALE & PRVDENTIAM CIVILEM complectetur, a me expedita. In illud Viadrina ipsius Idib. Mart. elo loco XXVIII.

ELE-

# ELEMENTA PHILOSOPHIAE RATIONALIS ET MORALIS.

*PARS I.*

## HISTORIA PHILOSOPHICA.

*CAP. I.*

## DE PHILOSOPHIA GENERATIM.

§. I.

**P**HILOSOPHIA, cuius praecipuas partes velut in nucleo exhibere contineantur, est cognitio veritatis boni, ex phisica ratione derivata. Ad veritatem hanc felicitatem comparata.

\* Qumm vero sibi vel cognoscere, quod recte animaluerit Aristot. Polite. Analyt. l. 2. t. sit caelum, propter quam rei est, eisdem esse rei caelum, non posse cum aliis se habere, cognoscere, facile patet, non hic intelligit scientiam vulgarem, sed axiopatens & solidam.

§. II.

Recta ratio nobis est facilior ratiocinandi, id est, Quid rei veritatis alias ex aliis per necessarium concludendi ratiocinem elicendi.

A

\* Qmm

\* Quamvis autem semper bene ratiocinetur recta ratione, utrumque opinione ratione et ratio est omnino non tamquam ratione operatur ex principiis certis atque evidenter, sed sive ipsius hypothetis adsumere cogitur. Quia itaque *praemissa* certae atque apodicticae; *hypothese* probabilis cognitio-  
nis fundamento est; utrumque cognitionis species in philosophia occurserunt omnino cogerent.

## §. III.

Philosophia efformata est, non dogmatica, non sceptica.  
Ex quo facile patet, id *vocabulum* attribuendum non esse nisi *veri & boni*, quam vel a maioribus per manus tradidimus accipiunt, vel ex scriptura sacra *antiquorum* doctriina, sive *adversariis* ipsi repetimus. Unde exstat filosophia TRADITIONARIA, SCRIPTURARIA, SECTORIA, quam nulla harum ex recta ratione deriverunt. (§. II.)

\* Omnia enim harum principia cognoscendi effuderunt vel *maiorum*, qua praecepte barbari nitebant, vel *scripturarum* factas, ex quia lo. Amo. Co-  
mentus aliquip recentior acutus philosophi-  
ci corporum, vel *variorum hominum*, quae sectari pro  
tendebat. (§. V.)

Falsa  
philoso-  
phiarum di-  
visiones.

Hinc divisiones philosophiae, quae volgo adferunt, plerique ab his sunt ac minus accurate. Qessim enim laborant dicunt VERAM, aliam FALSEM; aliam SCOPTICAM, aliam DOGMATICAM; aliam denique ECLECTICAM, aliam SECTORIAM; et aliam tamen nec non secundum & sectariam non magis accurate dixeris philosophiam, quam statuam hominem. (§. III. IV.)

## §. VI.

## §. VI.

Quoniam poterit ad veram hominis felicitatem compliri finis philosophiae, (§. I.) talisque fit finis, quae philosophia sunt mea: consequens est, (1) ut ultra peram philosophopatem, qui de sempiterna felicitate consequenda praecipita, ex recta ratione derompta, pollicetur. (2) Ut subtiliores speculations tanto minus ad sapientiae studium pertincent, quanto minus coniunctae sunt cum vera hominis felicitate.\*

\* Hinc merito conditionibus vigilant Scholastici Docentes ob praeulationes de rebus, que vel humana ratione indagari nequaquam, vel falso nihil faciunt ad genitum humani felicitatis. Vid. Ad. Tribus-  
cibus. de Doctor. Scholast. Cap. IV. p. 65. 1094.

## §. VII.

Quia denique philosophia in veri & boni enigma distinctione conficitur: (§. I.) ex philosophopate pars, quae in instrumentum ad veri cognitionem praeparat, INSTRUMENTALIS; quae eamdem cognitione illa imbut, THEORETICA; quae denique illam ad veram humanitatem, & practicam, & praecipcam.

\* Primam veteris *Aegyptiorum*, alteram *Phoenicorum*, tertiam *Chaldeorum* &c. adprobant, vobis his in latiore significacione acceptis.

## §. VIII.

THEORETICA, quam mentem cognitione ve-  
tibimbat, (§. VII.) aut in veritates de *Dæo*, *spiritu*,  
& mente inquirit, aut, quid circa *veram naturam* causarum verum sit, indagat. Priore casu ME-TAPHYSICS; posteriore PHYSICS nominatur.

## §. IX.

Denique quam PRACTICA viam ad bonum ostendat: ex vel, quid generaliter bona, vel in specie, practi-  
quid *instatum*, *baseatum*, *decorum*, vel *stile* sit, doct: ea.

A 3 Dæ

4 ELEM. HISTOR. PHILOS. P. I. CAP. II.

De his in genere ETHICA: de iusta, honesta, &  
aetere IUS NATVRALE; de utili POLITICA  
& OECONOMICA agunt.

§. X.

Cur his  
philosophi  
gntio, vt homines eam fere ab ipsis orbis terrarum  
loophophic incubans illi incredibili studio excolorant: ita ope-  
rare preium fuerit, reliquis philosophi paribus  
praemittere HISTORIAM PHILOSOPHICAM,  
sed veluti in nucleus, quoad eius fieri potest, comp-  
actam.

CAP. II.

- DE PHILOSOPHIA TRADITIONARIA.

§. XI.

Philoso-  
phia bar-  
barica  
antiqua  
sima.

PHILOSOPHIA antiqua velgo in BARBARICAM &  
GRAECICAM dispergitur. Nam antequam  
Graeci alienis nominis esse coeparent: barbaros fi-  
bi iam pridem laudem sapientie incredibilem pe-  
perisse legimus. \*

\* Negat hoc Diogenes Laert. t. 1, sed argumentis sub-  
stancialibus, & parne puerilibus, ut facile adpareat, eum  
patras amore nimio infinitissime.

§. XII.

Eius in-  
dolis.  
An bar-  
bari era-  
duli?

Vocant veteres barbari, quicunque Graecae  
non erant originis, auctoritas & Hierosel eo nomine  
non sicutantur. Nobis autem teopiphilosophia barbarica  
TRADITIONARIA dici potest videtur, quam  
barbari omnes, reliquias sapientiam, a maioriis ac-  
ceptas, sancte custodierint, easque rursum commen-  
darint posteris.

§. XIII.

Quod quoniam naturae philosophiae manifesto ad-  
verteretur: facile patet, simplicem tantum & vulga-  
rem sicut barbarorum sapientiam, nec parum de-  
cipit

DE PHILOS. TRADITIONARIA.

§.

cipi, qui sibi inter illos viros subtilitatum studiosos  
& veluti polyhistores fingant.

§. XIV.

Sapientias studiorum fuit gens HEBRAEA, in-  
que ea Adamus, Noachus, Moses, Dauides, Salo-  
mon, ali. Sed coram tamen sapienti magis in orum.  
vera Dei notitia & scientia morum, quam in spe-  
culacionibus physicis confitit videatur. \*

\* Id quod obseruandum contra Rethem, Joannem  
de Pineda, & ales, qui patriarchas eximiam in  
omni genere eruditissimum tribuant. Multoque ma-  
gis euandi, qui sussententias Mosi aliquique He-  
braicis affingunt, quod fecere Edm. Dickinf. in  
Physica vetere & vera Lond. 1702. & Author Mofa  
Coperianus & ali.

§. XV.

Quoniamque Iudai ab aliis gentibus alto fere super-  
cilii despicerentur: parum fane verosimile est con-  
futatio sententia, qui Pythagoram & Platonom Iudeo-  
nem Pythagoras expalit, quin cum Terculliano Apol. Pythagoras  
cap. XXVI. nullum sicut philosophum existimat, & Proba  
qui de prophetarum fonte potari. \*

\* Conferend. hic In. Cleric. His. Crit. VII. In. Ab.  
Fabric. Bibl. Graecas lib. II. Cap. XII. §. II. p. 450.  
lib. III. Cap. I. p. 40. Nic. Hier. Gundling. His. phi-  
los. mor. Cap. V. L. §. I. p. 74. sequi, qui ad oculum o-  
fenderunt, hacte omnia nulo idoneo fundamento  
nisi.

§. XVI.

Manus ea gentis simplicitas, quoad templum prius Secha-  
fuit. Remanit remanit in Babylonie pars Phoeni-  
cifera cooperant Hebrei, & philosphiae Graecorum.  
nies principia comunitate patrum sapientia miscere. Saldo  
inde natu PHARISAEORVM, SADDUCEO-  
RVM, & Efeso-

A 3

RVM, norum.

RVM, & ESSENORVM feciae, quas ipse Ioseph.  
Bell. Ind. L. II. Cap. VIII. ad philotopiam referre  
videtur.

\* Et Pharisaeorum quidem factum *περιστάσεως τῆτος*  
*Ἐλληνοῦ Σταύρου Αρχαιοτέρου, familiarissimam eile pateris sacerdotiorum Graecissicar, obseruant, Ioseph de istis factis. II. Opp. p. 2.* Sadduceos Epicuri; Effenos Pythagorae principia adoptasse, res ipsa evincit. Et fane, quoniam Eleni demum post exilium Babylonicum innotescit: omnino mirandum est, Goodwinum de Kit. Hebr. Lib. I. Cap. XII. & Grotium Par. I. Epist. D. II. non obsecrare, facilius Effenos a Pythagorac, quam Pythagoram ab Elenis prolicere potuisse.

## §. XVII.

Vnde Cabbala? Quae mixta philotopias Pythagorae cum Hebraicis adhuc in CABBALA imperat, de qua quoniam magnifice permulta praedicunt Hebraici ipsum tamem sytema Cabballistarum plane non Hebraicum, sed vere Pythagorico-Platonicum esse, omnes intelligent, quos non Hebraicum nomen & rerum obsecrillimum admiratio in transcriptum rapit.

## §. XVIII.

Hodierni Iudei aut filii vacant studiis Talmudicis, aut, si filiophilophantur, vel Ariostelis, vel Kabballistarum placita sequuntur.

\* Neque enim sibi temere pars Ariostelicis philosophias, quam non Arabum exemplo Hebrae vesti induerent Iudeorum magistris. Specimen eius rei pereruditus dedit Iul. Sträu, in Diatri. de Logica Hebraearum.

## §. XIX.

Sapientia & Aegyptiorum. Hebreis fabijungimus AEGYPTIOS, quos tandem illorum magistri perpetram nobis dunt Iohannes Marciatius & Ioh. Spencerus. Eos quidem sapientiam ame Moisestempora operam dedisse, et A. 3. VII. 23. pacet: sed ab hac Aegyptiorum sapientia quam di-

dixeris fuerit illa Hebracorum, facile animaduertet, quicomque Moysi & Prophetarum fontes cum HERMETIS, & HORAPOLLINIS & IAMBLUCHI lacunis contenderit.

\* Sunt haec praecipua Aegyptiacae doctrinae monumenta. Quamvis enim *Hercules Trismegista* prout dubio nullus sumpcum existat, & Hermetica, quae tanto numero existat, manifesto nulas subfalsa, cum & Curiatiana quedam complectantur: in his ramen & *Egyptiacas Hieras*, seu Aegyptiacae philosophiae reliqua, inservit, rectas ostendunt viro docti Bonich. de Hier. & Aegypt. cap. p. 83.

## §. XX.

Ide confat, eos operari sedisse geometriae, aliis que maiestos, tum poros, tum apertacie partibus, & opibus quod vel tot obelisci, pyramides, aliisque monstrosis pendentes, talis enim sunt. *Loculorum* eorum colerantur ac philotopiam modice Pythagoricae fusile simillimam, ex Lamblichio dificilior. Habere & multas de rebus naturalibus traditiones, quas maximo studio occupabant, quarumque reliquias quasdam fertur Horapollo in *Hieroglyphicis* a Davide Hoechlio editis Aug. VIad. 1595.

## §. XXI.

CHALDAEOS per omnia vitam philotopari, Sapientia Diod. Sic. L. II. cap. XXIV. Originem sapientia Chaldae fuisse referuntur ad ZOROASTERIUM, & quo in daco-carta omnia. Oracula eius, quae extant a Gemini, filio Petronie, Mich. Pletto & Franc. Patricio collecta, non quidem genuina esse, at plura tamens philotopiniae Chaldaeae sovites complecti, non alia re certe V. C. 10. Alb. Fairie. Biol. Graec. L. I. Cap. XXXVI. §. X.

## §. XXII.

Ex iis oraculis patet, Chaldaeos diversas rerum Forum emanationes, Deorumque & intelligentiarum ordines sententia statuisse, inter quos & *εγγύτας* occurrunt. A Deo de rerum acterio origine,

autem ex eorum sententia emanavit ignis, seu lucem supermundanum infinitum, inde alii ordines rerum ac substantiarum triades variae, quales & platonici potes nominarunt, \*

\* Quare nihil admirandum aut Christianum continet oraculum Zorostris v. c.

*Nātri yag cō kēpā dāyānā rāyā, tē mārē sāyānā.  
In tē mārē lācā tāyānā, cālātātātā iāyānā.*  
Non non sicut in aliis mundis naturam advenit, quod ferbit Diod. Sic. Lib. II. Chaldaeo mundi naturam aeternam, ac initii expertum flauiss., itenque illud Philonis in libro *Quis rerum existimat heres* p. 386. Chaldaeo docuisse, mundum non Dei opus, sed Deum esse.

#### §. XXXI.

Artis divinatrici, et magicae, theurgicae, de quibus filio Stath. in *Hist. philos. Orient. Sest. II. Cap. XII. seqq.* & initia his marcus, Monachus Mēopotamensis, enis de demonibus narravat a Mich. Philo edita no[n]imus.

#### §. XXIV.

PERSARUM Zoroaster Chaldaicillo serate inferior, & Darlio Hydaspes *rīzāzāfō*, gentem, non ignorans veritatem praeflantiorum, multis praegatis ad amplectendam novam & a se intentam philosophiam pellexi, si vera fuit, quae scripsit Thom. Hyde de Rel. Vet. Perfer.

#### §. XXV.

Philosophiae studio aque ac sacris apud eos praeceperunt MAGI, de quorum compositis moribus, scienzia astrologica, potentia alicui, multa extant veterum testimonia, quae collegit Barn. Brill. de Regno Pers. Lib. II. §. LII. seqq.

#### §. XXVI.

Forum sententia deo sentebant Persae, duo statuentes principia contraria, Horozanu & Armanem, & inter hos velut medium & neutrarum partium, Mithra.

*tāmān.* Quae principia etiam in pluribus aliis sytematibus pellentur, \* & facculo Christiano tertio *Mānichājāna* pepererunt. \*\*

\* Solide hoc demonstrauit V. C. Wolffius in *Manichaeismo ante Manichaeus & Bayl.* in *Dicit. Hist. Crit. vocum* p. 100.

\*\* Vid. Theodosius, *Haeret. Fab. Lib. I. Cap. XIX. Epis-*

#### §. XXVII.

Quin hodiernum in Persia superaret, qui veterem Magorum magorum philosophiam sequuntur, & a Mānichaeis *Georōnōs* nomine traducuntur. quite.

#### §. XXVIII.

Fuere & ARABIS, & in primis *SABBAEIS*, Arahum Ioi Magi, quorum meminit Plin. *Hist. Nat. Lib. magi. XXX. Cap. I.* Quomodo Araba ab Hebreis subinde vocetur *Oriens*: *Gen. XI. 30. XA.V. 6. 15. Iob. I. 2. Indus. VI. 3.* vero inmodum noscuntur et, Arabas fulle *res padias* a *res padias*. *Matth. II. 1.*

#### §. XXIX.

Quamvis ergo vix videatur cibitandam, quin Eorum veteres Arabes verac sapientiae non fuerint expertes, philosophique cum exemplum IOBI, \* tom. locus *I. Reg. psalm. in. XI. 1.* fatis offendat: potius tamen in meram super-dolci. fictionem ab illa *Sabbacorum* philosophia.

\* Addatur Fridr. Spanh. *Eisloria libri*, edita *Lugd. Bat. 1672. 8.*

#### §. XXX.

Præterquam quod de quatuor: *car. bonis mala  
enervant, tamen fit præstaurare?* male philosophem-  
stanta suvit Ioh annici. *Iob. IV. 11-15. XIII. 15. seqq.* quos perditio.  
viri docti *Sabbacorum* sc̄tæ addidit non abs perditio.  
fitionem ab illa *Sabbacorum* philosophia. \*

A 5

\* Sed

Sed quoniam haec sola Arabum & Rabbinorum auctoritas non animata, ut recte obseruantur lo. Cleric. in India phis, ad Stanlej Hisp. phis. Orient. voce Sabassia: facile patet, quam audax sit hypothesis Spen-  
ceri Lib. II. de Leg. Kinal. & Stanlej. tispi. phis. Or.  
Lib. III. Cap. V. rationes legum ritualium diuinarum  
a nubus Sacerdotum reperientur.

## § XXXI.

Indorum philos. pluri.  
Vieini Paris ex altera parte erant INDI, appud quos Brachmanos & Germani philosophos celebrat Strabo Lib. XI. p. 351. Et Brachmanes sub voca-  
tione Brachmanni etiam in India occurunt, de quibus praeceptor Palladium, Ambroriam, & Ano-  
nymus \* legentur lo. Ab. Fabricius in Diject. de Brachmanis, Tom. 1703. ap. Bayl. D. d. Hisp. §  
Cris. voce Brachmann. & M. V. la Croze Abbib.  
des. J. Chiffren. Etatut. p. 570.

\* Compendium hys Scriptores de Brachmanibus edidit  
Edwards. Bellus 1665. 4to.

## § XXXII.

Forum philos. plura.  
Ex Deo hi omnia emanantur, mandemque nihil aliud, quam Deum extremum esse centrum, quo in Deum retroacto, extremum diem adiutorum extil-  
mant. Nihil ergo vere & alio extilere, sapientemque ab omnibus ad felicibus vacuum nihil cogitare, nihil sentire debere, profutentur. \*

\* Egregie hoc systema expoferunt Carolos Gobien  
dans la presence de l'Empereur de Tisit de l'Empereur de la Chine & Franc. Bernier dans la suite de ses Ma-  
moires sur l'Empereur du Grand Mogol. p. 202.

## § XXXIII.

Etatut. Ex quo simul facile colligas, cur tot dolores in-  
solubilares virtutis causa ferant sine genitu, & iam  
olim mortem nihil recte dicatur Clementi Ale-  
xan-

xandrinus Strom. Lib. III. Nec ignotum exemplum Calani, inde ipsam tuu foliemini comburcentis apud Arian. Expedi. Alex. Lib. VII. p. 276. seqq. edit. Grana.

## § XXXIV.

Simile fere iam ab antiquissimis temporibus fuit Sinenis SINENSI SYSTEMA. Quamvis enim ea gens um phis-  
foleam sapere, reliquias volitare velut umbrae ex-  
lophilia. filmet, neque negandum sit, ilam componendis  
moribus multum opere impendere: (Vid. Leibn.  
Noviss. Sin. in praef.) vere tamen Spinozistum re-  
dolet arcuato Sinenium philosophia, nec ab illa  
awauis Indorum alieni sunt itoldi Confucii felici-  
tores. \*

\* Notum est Completum Confucianum Sinarum phis-  
tolum, sive Sinarum Simum Latinus edidit Paris.  
1687. fo. In eo an tam hermaphrodite figuris mythis-  
ris latentes, nuper adhuc inter viros doctos dispu-  
tatum.

## § XXXV.

Celebrantur etiam PHOENICVM Sanchunia. Nec non  
thon & Moches; Iaudantor GALLORVM, GER-aliorum  
MANORVM, UVE Drusoides & Bardoi, THRACVM barbaro-  
Orpheus. Sed vt illarum obscuris esti philosophophan-  
di ratio: ita huius praeterea, quae ad telephilica fa-  
cra pertinet, tantum physicae quedam doctrinae,  
sed paucissime, soperient, de systemate plurium  
mundorum habitabilium, de generatione rerum o-  
mnium ex uno, & similes, de quibus Plutarch.  
Plac. Phis. Lib. II. Cap. XIII. & Etchenbach. in  
Epigenie p. 95. seq. & p. 111. seq.

\* Sanchuniathon sine Berytis, sive Tyrus scriptis ten-  
tivis, inquibus multa aliorum peregrinorum pertinet, seu  
partim in aliis, partim in aliis Lib. II. Prog. Bezae.  
p. 21. Ea se accepisse sit Sanchuniathon ab Hieron-  
mal. faciatate Dei Ieso, quem Gedoneum esse, praefer-  
Huetum credit Bochartus in Ghassau Lib. II. Cap.  
XVII.

XVII. qui & totum apud Eusebium fragmentum eruditæ, uti solet, explicat. At quæ de Sancharionne circumferuntur omnia pro impolitius venditant. O. Henr. Vrbin. de Zoroastre, Hermæ et Sancharionne, & Henr. Dodwellus in Melch. stud. theol. Vid. Act. Erad. Lipp. Suppl. Tom. II. p. 512. De Molcho quoque omnia incertimilia, ut nihil agant, qui cum Huetio Moljen cum Molcha confundunt.

CAP. III.

DE PHILOSOPHIA GRAECANICA.

**Philoso-** *M* Aloreū philosophicū studio strepitū dede-  
**graccia-** *y. XCIV.* runt Gracci, qui, quamvis quadam a bar-  
**nicale in-** batis acceperint, hanc tamen laudem sibi habent  
doles. propriam, quod accuratiore philosophandi ratione  
vñ, Iulianū rectam rationem ducem vel sequuti sint,  
vel sequi saltum voluerint.

S. XXXVII.

Ceterum Graecorum philologorū quādam  
verū veluti familiæ fonte. Alia enim est philologia  
POETICA, alia ITALICA, alia IONICA, alia  
ELEATICA. Sed ab his dogmatis merito segregati  
gredi SC̄PTORI vel APORETICI, quemadmodum  
a sc̄ptori ECCLECTICI, de quibus Gottfr.  
Olear. Diff. sugg. de phis. eccl. subiuncta Stanleii  
Hist. phil. p. 1202. 1204.

VIII

POETAS, antiquissimum sapientum genus, primos omnium philosophatos esse, confitans opinata, Cie. *Tuscul.* *Sentent.* *Liv.* *I. Cap. I.* tu quoque, quemadmodum plerique tradiciones de rerum ortu *Ogygia* suis; præcepta moralia fabulis includabant; ha obsecra hodie et huius philosophatus interpretatio, de qua ne inter ipsos quidem vereceret fatis constituta arbitror. <sup>Vid. Plutarch de aud.</sup> *Poet.* *Tom. II. Opp. p. 14. lega.*

• Hinc

Hinc variae fabulas interpretandi methodi. Alii me-  
taphysici: ali meus historis sic facas, qui Phoe-  
nicias: ali hilorum nullus momenti, mirabilis  
circumstantia velitas, ali mora moralis fibi-  
videre videntur. Primi generis interpretationes  
dant Platonicis, secundi specimen non vnum exhibe-  
bunt Bochartus, Huetius, & Jo. Clericus, tertium  
praecepit plausit Palaestra, aliquid scriptorum  
*nepi ariego*, de quibus Fabric. Bibl. Gr. Lib. I.  
Cap. XXI. seqq.

6. XXXIX

ITALICI philoſophi originem debent Pythag. Philoſamio, Samio, qui inter Olymp. X. et Olymp. XI. audiebat, eruditus docuerunt Gull. Lloydius, Rich. Bentleius & Hem. Dodwellius. Hic magnus na-  
turalis magna doctrinae causa demum circa O-  
chym. LXVII. i. in Italiano fecit, & Crone-  
schalm. LVIII. apertus, ex quo maxima difi-  
cultas confusus prodit, quantum clementum al-  
ludatur. Fabric. idem. Lib. II. Cap. XIII. perte-

\* Inter hos tamen non omnes Πυθαγόρειον, id est, Pythagorae discipuli, sed plures etiam Πυθαγόρειοι, seu Pythagoras sectatores. De qua distinctione quid sene-  
tiendum, disquisit Dodwell, *de aet. Pythag.* p. 193.  
Principi ex Pythagoraeis sunt Archytas Tarantinus, Cælestinus Lucanus, Epicarmus, Hipparchus, Philolomus, Timaeus Locrus, alii.

C. XI

Vita Pythagorae ex *Porphirio, Iamblico & Ano.* Libri  
xviii apud Photium, quos V. C. Ludolphus Ku-  
tenuerat eleganter reculos dedit; \* historia philoso-  
phiae Pythagoricae ex Io. Schefleri libello egregio de  
*Philosophia Italice*; ipsa dogmata Pythagorici ex  
pertinentibus  
Fragm.

Fragmentum Pythagoracorum, a Thoma Gale editum,  
nec non ex symbolis Pythagorici, & Aeneis Pytha-  
gorae carminantur, \* cumquaque interprete, Hierocle,  
pendens est.

\* Sez peritura in his vits siela videtur, ut sint viti  
debet, non viti similitudinosa, a Porphyrio,  
Lambicio, & Empedoclo, non alio fine ser-  
piti existimunt, quam ut heros sunt Servatois no-  
stro opponunt. Fabrie, Bibl. Graec. Lib. IV. Cap.  
XXII. p. 45.

\*\* Nec tamen a Pythagora scripta esse haec carmina;  
inter omnes confit, sed, ut Stanlio in *Pythag.*  
cap. XXI. p. 699. vixim, ab Epicarmo, vel, ut lau-  
diatus Fabrius eruditissimus est, ab Empedocle.  
Vid. bibl. Graec. Lib. II. Cap. XII. §. VI.

## §. XLII.

Pythagoras, qui amans Pythagoras, imitatus Aegyptios;  
et deinde plinae & invenientia  
in oriente habet, sapientiam suam, Lambi, segm.  
CCXLV., & ne ipsos quidem discipulos ad aescras  
promiscue admittentes, \* sati tamen conatur, cum  
primum geometriam, arithmeticam, musicam, praef-  
cipuo studio excolluisse, easque scientias non uno  
inuenio locupletari, inter quae praepter monochordio  
et nobis illud & dignum hexatome theore-  
ma de potestatis hypotenosi in angulo orthogonio.  
Liber. VIII. 12. Vitruv. Archit. IX. 2.

\* Alii erant sacerdos, ali ecclasi. Alii mathematici,  
ali acutissimi, de quibus Lambi, *Vit. Pyth.* segm.  
81. & Porphyri, p. 196.

## §. XLIII.

Philosophiam, cuius ipse primum nomen inuen-  
erat, Lambi, *Vit. Pyth.* cap. XXXIX. definiebat,  
de piso, quod sit *scientia rationis quanti* existimat, quam de-  
sophia in finitionem eruditissime explicat Iac. Thomas. *Oris-*  
*generis*, *Philosophia* videtur sicut in THEORETICAM  
& PRACTICAM, easque finem esse dicebat, mihi  
admirari, Flutrech. *de auctoribus T. II.* p. 44.  
hunc, mente ex vinculis corporis eructe atque in  
liberi-

libertatem vindicare. Porphyri, *Vit. Pyth.* p. 201.  
Illius partes erant INTELLIGIBILIA, de Deo &  
Dii, & NATURALIA, de rebus corporis. Anti-  
num per visionem mundi partes omnime naturam  
diffusum vocabat. Deum, eumque vicinem infinitibilem  
et intelligibilem, luci & veritati simillimum, quin  
suum sapientem, istabat. Laert. I. 5. Porphyri,  
*Vit. Pyth.* p. 198. Et subtiliter Deos, daemonas  
& heros, *Aur. Carm.* v. i. sequuntur quorum natura,  
operationibus, cultu subtiliter philosophabatur, Vid.  
Hieroc. in *Comment.* ad *Aur. Carm.* v. i. seqq.  
Quae supra lunam sunt, prouidentia; res subtilitas  
partim falso, partim formata, partim prouidentia,  
partim coniunctio regi strobilorum. Quid exemplo il-  
lustrat Anonym. apud *Plot.* cap. 239.

## §. XLIII.

Mundum, quem non tempore, sed cogitatione Necnon  
cicum, nec interiurum, dicebat, *(Stob. Ed. Phil. de man-*  
*Lib. I. cap. 25. Plut. de Plac. philos. II. 4. & 14. do-*  
*ipsi primis sacerdos vocabat, Stob. ibid. Eius systema*  
Copernicano plenius simile fuisse existimant. \*  
Stanli, *de Doct. Pythag.* Cap. I. p. 745. seq. Quae  
autem de harmonia orbium cælestium, & soni illo-  
rum concordia formantur, legi possunt apud Cic. in  
*Sep. & Censorin.* de *Dic. nat.* Cap. XIII.

\* Terram fane immotam non esse, batuit, *Plut. in*  
*Natura* p. 69. non, t. Avril. de *cœlo Lib. II. Cap. XII.*  
Non enim in terrâ motu, sed in solis, et in luna  
& Veneri vocabat. Sed tem tamquam argumentum  
hanc potestitudinem in dulium vocar. Et Spanish. *de*  
*Vesta et Priensis* Graec. ap. Graec. *Theolog. Ant.*  
*Rom. Tom. V.* p. 683. Sicut mundus medium terram con-  
tinere adsculpsent Pythagoraci. Vid. Laert. *Lib. VII.*  
segm. 27. cumquaque systema Ptolemaico hanc absolu-  
te tradit Anonym. ap. *Plot. Cat. CLXII.* Quin quoniam  
primum omnium Philolaüs metrum sellaris inclusu[m]  
dividit in tres, *de cœlo Lib. II. cap. 85.* non vides,  
cummodo triplex posset Pythagoras. De antiquitate  
Pythagoras quid sentendum sit, iam a Iac. Tho-  
masista ostendimus.

## §. XLIV.

## §. XLIV.

Iremque de anima & rebus moralibus.

Immaterialia sola vera entia staretur, adeoque & hominum efficiantia in sola ratione intelliguntur possunt, quae quam diuinae efficiuntur optima videtur Pythagoras, venient felicitatem in eo poneat, ut & in rebus corporalibus vinculisque fab eximatur, & in libertate vindicetur. \* Porphy. *Vit. Pythag.* p. 201, quo ad illam ipsivora & suā, in qua vera confusat felicitas, aspicer. Vnde gradus illi purgationis, adscensus mentis, quin deficationis, quibus proprie similes mythicos poete resipile, nouimus. Quoniam autem haec omnia sine corporis opere professe fieri non posse credetur: varios commendavit *Cassius*, varios modos in corpus animaduertend, de quibus percurerat *Vit. Fr. Bad. in Diff. de sexv. philos.* §. VII. X. XVII.

\* Corpus enim, in quod meatus illibati patet per partes, non pro parte humanum aliquam, sed pro carcere mentis habebit. Vnde illa pars velox & levior Pythagorica, de qua Laërt. *Lit. VIII.* fgeom. 14.

## §. XLV.

Pythagoras multo fuit in vita Pythagorae, ex parte finis, cum a fantisticis haut alienum tulisse, patet. Eo enim merito referas femur aureum, Laërt. *VIII.* 11. Porphy. p. 192. Lambi. *Vit. Pyth.* cap. *XVIII.*, reminiscientiam anime Pythagoricas, Lambich. ib. cap. *XIII.* confabulat, cum brutis, Lambich. ib. cap. *XIII.* quin cum fluis, Porphy. p. 192. distinctiones denique, quas faciat, superificiosissimas, per thus, anguria, formula, numeros, ultra, aquam, de quibus tunc Stanti. *Pars. III.* sec. *III. Cap. IV.* p. 704.

## §. XLVI.

Scholae Ionicae suchas Thales Milesius.

In eandem feri, quae inedit philosophias IO-NICAE origo. THALES enim MILESIUS, a quo eam reperire solet, eundem Pherecydem Syrium audire dicitur, a quo profecerat Pythagoras. Hic

\* Hic quoque Thales, polyanus sapientias confusa mente vixit partem spiritali, accepit. Milesia pars priuatis & cœlestis confundit, Laërt. I, 25, & tum ciusum, tum Bianti, Pittaci, Sotoni, Gleobuni, Mytonis & Chitonis suffragis primum veluti locum inter Græcias sapientes obtinuit, Laërt. I, 28. Val. Max. *IV.* L.

\* Alium Pherecydem a Pythagora, aliud a Thale auditum, veteres quidam tradiderunt. Laërt. I, 119. Sed temporum ratio, vnum cumdeinceps ab utroque auditum, fatis eunxit.

## §. XLVI.

Successore Thales in schola Ionica dicuntur A. EPIER-  
NAXI M A N D E R Milesius, horoscoporum, philo-  
sophera, gnomonis, sciotheris, tabulas geogra-  
phicas, obliquantem Zodiaci, & uncinquorum non ins-  
ipientur obseruatorque Diog. Laërt. II, 1. Strabo que ad  
*Geog. Lib. I. p. 7.* Plin. *Hist. Nat. II.* 6. huc ANAXI-SOC-  
MENES, de quo Laërt. II, 3; hinc porr. ANA-tem,  
XAGORAS Clazomenius, qui, vbi sapientiae flu-  
dio *Mens* vocari mererat, Athenis exsiliare iussas,  
Lampaci decepit. Laërt. II. 14. Anaxagoram de-  
nique ARCHELAVS, folo Socrate discipulo,  
nobis excepto Laërt. II, 16, a quo SOCRATE  
nous oriundam etiam in eundem periodum.

## §. XLVII.

Nimirum præter apophthegmata quadam & fen-  
tis acutiores, quis septem Græcias sapientibus  
tribuunt, \* nihil existat admidum, ex quo hos phi-  
losophos philosophiae practicæ adpulisse annum,  
colligere possit.

\* Commandandas de his dictis Jo. Franc. Budleii ple-  
nae bonae frugis *Commentationes*, quae iunctim Ha-  
iae prodierunt.

## §. XLIX.

Contra physicae tanto se studio tradebant, vt hinc *Eorum*  
scilicet studium

physi-  
cum.

\* *īēzō* nomen physicorum apud veteres tulerint. Circa principium rerum omnium \* haec schola quam maxime variebat, Thalete & deinde ex aqua, Plut. *Plat. philos. I. p. 2.* Anaximenes ab infinitate nature, CIC. *Ad Att. Quaest. IV. 37.* Anaximene & Archelao ex aere; Pythagoras *Ibid. Stob. Eccl. phys. Cap. I. p. 2.* Anaxagora autem principium rerum omnium fluente homocomerian, id est vacua & multiplex, partes infinitas, similes, contrarias, tenui continuas, se mutuo sustinentes, neque alio contentas. Lucret. *Liber. I. v. 830. seqq.*

\* Neque tamen ideo pro Atheis habend. Materiae enim huius est *vix*, mundi effectorem, iuxfisse, id est Deum, ex CIC. *De Nat. Dier. I. II. et 20.* Laudant. *Ibid. dñs. I. et 2. dictum.* Ergo Deus & his erat anima mundi. Laert. *I. 2. 2.*

§. L.

Quic-  
dam co-  
rum do-  
ctrinae &  
invenientia

la primis notari meretur, quod hi philosophi chemi-  
monibus omnia repleverunt, Stob. *Eccl. phys. I. p. 2.*  
quod mentis immortalium agnoscuntur, Laert. *I. 24.*  
CIC. *Tul. quaest. I. p. 16.* quod theoremata ac  
problemata quaevis geometria reperient, accus-  
tum recentia a Stob. *Hist. Phil. Part I. Cap. 7. p. 15.*  
etiam inveniens alterum, metathor, aliisque,  
quae in rerum natura contingunt, quadam toller-  
ti ingenio inveniuntur, quaedam parum calide  
conicerent. \* Vnde & *afric.* nomen Thaleci tri-  
but Pomp. *Mela Lib. I. Cap. XVII.*

\* Eius genera sunt haec doctrinae Thaleci: Nisi ex-  
unditionem oris a ventre exsili, Laert. *I. 37.* An-  
aximandri: stellas fixas inferiores sive luna, Stob.  
*Liber. I. Cap. XXV. p. 53.* deficere solem & lunam ea  
parte solis & lunae, qui ignis effugiat, obstructa,  
Plutarch. *de Nat. pl. II. 2.* & similes ipsius An-  
axagorae, qui quam reliqua doctio suffit dicatur,  
milia

multa fuisse, quae hodie tiro philosophorum ride-  
ret. Viz. Laert. *I. 9.*

§. LI.

Sei maximum haec philosophia incrementum de-  
bet SOCRATI, qui natus Athenis Olymp. LVII. vita.  
4. patre Sophronico lapidario, matre Phacareta,  
obliterice, primum patris artificem adfuisse, possi-  
ca philosophi intulit, auditoque Archelao, non  
quidem scholam aperuit, sed cum amicis domi for-  
risque colloquutus, eos variis interrogacionibus  
confundere, meliorisque reddere conatus est,  
nilha te facere aut timilans aut existimans  
ferio. Viz. Stob. *Hist. Phil. Part I. Cap. 10.* *Eccl. Cap. IV. p. 113. seqq.* Porphyrii & Hieronimi co-  
scitatis annales & corrupte hangetur, clement  
ibid., non sine magno Atheniensem desecore. Viz.  
Laert. *I. 19.* Platoni & Libanii *Apologiae Socratis.*  
Xenophontis *Memorab.* Socratis, Carpentarii *Vit. So-*  
*cratis.* & libellis similes.

§. LII.

Philosophiam proficiens, primi sophisti, ma-  
gna praeclaritate, & cunctis detudinibus huius philosophi-  
bus indebet. Libanius *Apol. Trag. I. p. 442.* Deinde  
philosophiam laudes fabriti & superfluitatis  
Decorum cultibus & quibus eam contumianiter Py-  
thagoras & Empedocles, purgare illudnit. \* Plutarch.  
*de Gen. Sacr. p. 820.* Denique, quam physicae illae  
speculationes, quibus Ionici vincere vacauerant, &  
incerta, & parum certe illa vidarentur, foliosaque  
eos crederet, qui illa remota affectantes, humanae  
negligunt: Xenophontis *Memorab.* Socr. *Liber. I. Cap. I.*  
primus philosophus a rebus occidentis auocauit, &  
ad vitam communem traduxit. CIC. *Ad Att. Quaest.*  
*I. 5.*

\* Alienus ergo Socrates a fanaticissimo Pythagore:  
(§. XLV.) quamvis quae de genio suo latitare sibi-  
bat, impotitur sapere videntur, quicquid in con-

B. 2 112.

ratum dispergitur V. C. Gottfrid. Olear. in *Diss. de Genis Stoic.* L. p. 1702. Nescio, an vbiq; fui filius fuit Socrates. Sane quodque de hoc genio paulo accuratio copio, non mirari admittit oloeo illa Timonis apud Laert. II. 19.

*Finxit ab his legumque loquax, lapidumque politor,  
Graciorum vates, impollariaque magister,  
Derisor, rhetorique fabulator, & finalator.*

Elos do-  
ctrinae  
meta-  
physicae

Praecere Socrates philosophabatur de Deo, re-  
rum omnium amore, Xenoph. *Liber Memorab. So-*  
*crait.* f. 735, de prouidentia diuina Id. p. 711. *G.*  
